PRVRIT-ANVS

VEL

NEC OMNE NEC EX OMNI.

SIVE

Apologia pro PVRITANIS, *& Nouatoribus Vniuersis.*

IN QVA

Et mores, & opiniones Nouorum Hominum nostri temporis, a uctoritate Scripturæ affirmantur & infirmantur.


AD

Reformatos huius sæculi Fratres, Germanos, Gallos & Britannos.

Addita est etiam, per Appendicem, similis Apologia pro Libro Ser. IACOBI Regis Magnæ Britanniæ nupertimè edito & inscripto PRAEFATIO MONITORIA ad omnes Monarchas, & Principes Christianos &c.

Per HORATIVM DOLABELLAM *Neapolitanum.*

Si male, nil peius; si bene, nil melius.





LVTETIÆ BRITANNORVM,
Apud ISAACVM IACOBI, M. DC. IX.

Typographus Lectori.

CVM Librum hunc, ingenio plenum Oxonio in Anglia nuper accepissem: & cùm eius aliquot exemplaria manuscripta spargi per amicorum & Nobilium manus, magno cum plausu & voluptate, audirem: Volui primus tibi gratificari, ô Lector. Idq; feci, non sine iudicio eorum, qui de rebus eruditis, & ingeniis hominum accuratè iudicant. Quia verò timebam, ne ab aliis Typographis præuenirer, rem laudatam à multis, volui esse communem vniuersis, statim vt peruenit in manus meas. Spero fore, vt omnibus grata sit mea voluntas.

INDEX CAPITVM.

PRAEFATIO,

Continens totius Operis & consilij rationem.

SI quantum audet Nouorum Hominum desperata colluuies, tantùm posset, haberemus hodie non in terris templa, non Diuos in cælo. Oro te, mi Auditor, & Lector, quæ post homines natos impietas fuit vmquam, non defensa Scripturis? Neque enim cogitari nefariè quidquam potest, quod non idem extorqueri poßit Scripturæ, si torqueatur. Audiui ipse, cùm sacras Litteras Idiotæ proferrent, ita peruersè, vt, qui argumentari vellet, Natantes Insulas ex motu trepidationis. Est enim sanè quod Aristoteli placet, Corruptio optimi pessima. *Quod si vlla in causa valet, omnino valet in nostra.*

Est inuisibilis quædam in sacrosancta Scriptura maiestas & splendor occultus: gloria quæ non perit. sapientia quæ hauriri potest semper, exhauriri numquam. Est Scriptura sancta solatium humanæ vitæ, diuinæ principium, philosophiæ compendium, Theologiæ ambitus vniuersæ. à Spiritu sancto facta; &, quod est mirabilius, spiritus sanctos facit. Est Scriptura mundi sensibilis Dea, Regina sapientiæ, Regula veritatis & norma, quàm exangues Ægypti Sapientes, impuri Chaldæi, stupidi Græci, nullus Plato, stulta Philosophia videtur vniuersa, cùm Litteras lego dictatas à Deo, scriptas è cælo, Ecclesiæ commendatas, illustratas à Sanctis, missas ad me! Quòd si in terris vllum est cæli vestigium: aut si

vspiam sparsa sunt gaudia Beatorum. Si imago diuinæ scientiæ est vlla sublimior; in Scriptura confirmo esse quicquid est felicitatis extra Dei conspectum.

Ego quidem ipse diuina verba Scripturæ legens, & argumenta alia pro diuina fide non desidero, & plura miracula non requiro. Non me charta comburit, & tamen legens, ardeo, & inflammor. Non me composita & artificiose ambulans trahit oratio, tamen sequor, & rapior. altiùs etiam quàm natura patiatur. Denique non sum meus, sed arcana vis, & non strepens incendium nouo igne me vastat, & cogit agnoscere vim loquentis Dei. Possumne igitur, aut est quisquam sub cælo qui possit, ista cùm sentiat, non irasci turpissimis ganeonibus, cùm
2. Corint. 12. *eructant inter calices verba Diuorum? verba,* quæ vix licet homini loqui, *ea ferre quis potest à belluis vsurpari?*

Ergo proposui speculum in quo Noui Homines ipsi se contemplentur ac suos & quia nulla mediocritas satis ostendit, aut vitij fœditatem, aut virtutis elegantiam; feci in hac causa quod Coriphæi solent. vt si quis e grege puerorum, aut nimis acute, aut nimis grauiter vocem inflexerit: ille pueri errorem nouo errore, & quidem insigni vocis ac toni deflexione demonstret. Itaque volui vt in hoc Libro exstaret expressa viuo colore deformitas tam illustris, vt laboraturi sint Idiotæ nostri, non quemadmodum nostra iudicia vel effugiant vel contemnant: sed quo pacto in posterum haruspex haruspicem, hoc est, Minister Ministrum, sine risu, aspiciat.

Equidem

*Equidem ſcio iam fore eiuſq́; rei certiſſimam volu-
ptatem anticipo. video, inquam, fore, vt omnes omnium* ordinum
*etiam adoleſcentes ac pueri, cùm hæc noſtra Apophthe-
gmata quaſi dictata memoriter teneant, omnium Mini-
ſtrorum & Prædicantium ſubrancidas conciones, ſalibus
noſtris aſpergant Quod ſi quis in poſterum Verbi-Magi-
ſter, Eccleſiam probet inuiſibilem eſſe, quia ſit ſcriptum:*
Tu autem cùm oraueris, claude oſtium. *aut ſi quis* Matth. 6.
*Miniſter pauimenta Eccleſiæ conſeruare ſuis ſumptibus
nolit, quia ſcriptum eſt*: Paueant illi, & non paueam Ierem.17
ego: *erit, opinor, hic erit, vnde plumbea capita & ora
ferrea publico Gentis humanæ conuicio verberentur.
Attuli, fateor, aliquando alia loca Scripturæ, quàm illi,
non tamen aliter attuli ſed eadem prorſus ratione, quâ
illi. Hoc mihi ſatis ad inſtituti mei rationem. Mi Lector,
hæc noſtra vide, & ride.*

ADMONITIO
ad Lectorem.

1. IN hoc libro videbis primò, Doctrinam & opinionem Hæreticorum nostri sæculi.

2. Mores eorum, qui Nouæ Reipublicæ fundatores fuerunt.

3. Quomodo & vita, & mores Hæreticorum ex Verbo Dei probentur. Vnde constabit, quàm sit in Nouis Hominibus vana iactantia Scripturarum; quibus & Dæmon vsus est contra Christum, & omnes Hæretici contra sanctam Ecclesiam.

4. Hinc satis intelliges, si quis nuda Scripturæ verba spectet, sine consensu Patrum, & sine sensu rerum; omnia ex Scripturis eodem modo probari posse, sicut Hæretici probant sua.

5. Quod ad res historicas pertinet; vt sunt mores & facta priorum Patrum Nouæ Synagogæ, ita sunt certa, vt etiam Scriptores hæretici, hoc est, amici ipsorum ea describant.

6. Opiniones verò, siue doctrina quam agitamus; denique omnia dogmata, quæ hoc Libro, illorum more, defendimus locis & auctoritate sacræ Scripturæ: ea quamquam non omnia singulorum sint; sunt tamen omnium. Et quæ hic Lutheranus negare potest: tamen Lutherani negare non possunt. Idem dico de Caluinistis & Puritanis omnibus.

7. Scopus Authoris est, & Libri totius intentio, vt Hæretici iam videntes absurditatem suam, in luce terræ, & risu Gentium collocatam; desinant sic abuti Scripturis, ad velamenta stultitiæ suæ.

CENTVRIA INQVISITIONVM

In Nouos huius temporis Homines, & Resolutionum ipsorum è Verbo Dei.

CAPVT PRIMVM.

De Capite Ecclesiæ Nouæ.

1. QVAERE *à Nouis Hominibus*: Quare Henricus Octauus Angliæ Rex, & primum Caput Ecclesiæ Anglicanæ, à tot nuptiis, & tot feminis inchoare voluerit Euangelium suum? Et quare initium Euangelij Lutherani exordium traxit à Generationibus & raptu Virginum?

Henric. 8. sex habuit vxores, *Vide Annales Anglic.*

Respõdent è Verbo Dei. Scriptum est: *Initium Euangelij Iesu Christi: Abraham genuit Isaac: Isaac autem genuit Iacob: Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.* Matt. 1. v. 2. *Omnes itaq. generationes.* Ibid. 17.

Purus fons Euangelij quinti.

2. *Quære ab ijsdem*: Quare idem Henricus Rex sanctissimam feminam Catharinam Aragonię filiam & Caroli Cæsaris amitam vxorem suam legitimam, contra iudicium omnium gentium repudiare sit ausus?

Io. Sto. Foxus, Holinsh. & alij.

Respondent è verbo Dei: *Quia Annam diligebat.* 1 Reg. 1. v. 5. Scriptum est enim: *Nigra sum, sed formosa.*

Annã Bolenã non vt filiam, diligebat Hẽricus 8.

mosa. Cant. 1. v. 5. *Ideo dilexit me Rex, & introduxit me*. Ibidem v. 2.

Annales Anglicani.

3. *Quære*: Quare lumen Orbis terræ CC. Thomam Morum Angliæ Cancellarium sapientissimum idem Henricus 8. interfici tam tyrannicè iusserit?

Quia Morus Regis & Annæ Bolenæ nuptias non probauit.

Respondent. Scriptum est: *Intrauit autem Rex, vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali*. Matth. 22. v. 11.

Annales ibid.

4. *Quære à Nouis hominibus*: Quare sanctissimum Virum Ioannem Episcopum Roffensem Rex interfici iusserit?

Vna saltatrix Ioan. Bapt. & alia saltatrix Ioan. Roffens. caput minuit.

Resp. Scriptum est: *Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam*. Matth. 14. Marc. 6. Lucæ 3.

5. *Quære ab illis*: Quomodo primum Ecclesiæ Anglicanæ Caput Henricus 8. fuerit in Apocalypsi descriptum?

Henr. 8. vxores sex habuit de facto, & septimã in voto: cornua verò 10. nã Anna Bolena cũ 5. rem habuit: singuli verò dederũt Regi cornua duo.

Resp. Scriptum est: *Habens Capita septem, & Cornua decem*. Apoc. 12.

6. *Quære etiam*: Quare cùm Henricus 8. Rex Angliæ per Episcopos alios tot vxores habere nõ posset, quot erant necessariæ Capiti Ecclesiæ, Cranmerum Episcopum designauit?

Erat Cranmerus generis feminini.

Resp. Scriptum est: *Faciamus hominem ad similitudinem nostram*. Gen. 1. (Quia) *Inueni Dauid seruum meum, ipse faciet omnes voluntates meas*. Psal. 88. *Omnia* (enim) *quæcumque voluit, fecit*. Psalm. 113.

7. *Quære item*: Quare idem Henricus 8. præter

vxores

vxores ſuas, etiam ad cubilia ancillarum inuerecundè deſcenderit? *Paulus Iouius*

Reſpondent è Verbo Dei: *Et ſciet omnis caro quia ego Dominus.* Iſa. 49. Scriptum eſt enim: *Et in cubilibus veſtris compungimini.* Pſal. 4. v. 5.

Verbum meum, verbum Rex.

8 *Quære à Puritanis*: Quo priuilegio Elizabetha Regina tertium Caput Eccleſiæ Anglicanæ, virgo permanſerit; quandoquidem caſtitas, in doctrina ipſorum ſit impoſſibilis homini?

Doctrina communis Puritanorum

Reſp. Scriptum eſt: *Homo & homo natus eſt in ea. Ecce Alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic* Pſal 86. v. 4. 5. Prędixit enim Eccleſiaſtes, dicẽs: *Hanc occupationem * peßimam dedit Deus filiis hominum, vt occuparentur in ea.* Eccl. 1. v. 13. (Quoniam) GALLVS *ſuccinctus lumbos* ſuos. Prouerb. 30. (&) *Conculcauit* eam *homo.* Pſal. 55. v. 1.

Regina vniuerſalis.

** Experto credе Roberto.*

9. *Quære ſubinde*: Quare Elizabetha Regina faciem ſuam vidẽs in ſpeculo ſenectute deformem, ſpeculum in quo ſui corporis fœditatem intuebatur, & oculorũ latebras, ſtatim in ira ſua cõfregit?

Quomodo mutatus eſt color optimus?

Reſp. Scriptum eſt: *Quòd ſi oculus tuus ſcandalizat te, ejice eum.* Mar 9. *Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & projice abs te.* Mat. 18.

Væ mundo à ſcandalis.

10. *Quære*: Cur Henricus 8. Angliæ Rex aurum omne templorum abſtulerit, templa verò ipſa reliquerit nuda, ſimul vt accepit nouam fidem?

Ex vno ſepulchro glorioſ. mart. D. Thomæ Cantuar. 25. plauſtra auri & argenti diripuit. *Annal. Angl.*

Reſpondẽt, Scriptum eſt: *Stulti & cæci, quid enim maius eſt, aurum, an templum?* Mat. 23. *Qui ergo iurat*

" *in altari, iurat in eo & in omnibus quæ ſuper illud ſunt.* Ibid. *Venerũt autem omnia bona pariter cũ illa.* Sap. 7.

11. *Quære*: Qua æquitate Henricus octauus ſine iudicio, ſine voce iudicis, Annam ſuam Bolenam Eccleſiæ occiput amputari repentè iuſſerit?

Annales Anglicani.

Reſp. Scriptũ eſt: *In voce tubæ corneæ*. Pſal. 97. (Nã priùs) *ignorabat quòd cornuta eſſet facies ſua.* Exod. 21.

Annæ Bolenę charitas latè patęns.

12. *Quære*: Quare Henricus, octauus cùm nec ambulare, nec agere quidquam poſſet, tamen omnia deuoraret ac biberet?

Vox populi, vox Dei.

Reſp. *Omnis labor hominis in ore eius.* Eccleſ. 7.

13. *Quære*: Cur Henricus 8. poſtquam comediſſet aſſatos nefrendes ac porcellos, libentiſſimè audientiam dabat. Et, ſi quis vellet aliquid obtinere, ei diceret, quánam arte porcelli poſſent delicatiſſimè aſſari?

Ego tibi coque fauebo.

Reſp. Scriptum eſt: *Et narrauerunt* ei *de porcis.* Marc. 5. *Qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan.* Iob 3.

14. *Quære*: Quare Henricus 8. propriam filiam Annam Bolenam vxorem duxerit?

Sand. de ſchiſ. Anglic.

Reſp. Scriptum eſt in Verbo Dei: *Lactabo eam, & ducam eam.* Oſe. 2. v. 3.

Ordinauit me in charitatem.

15. *Quære*: Quomodo Henricus 8. poſt expilata Sanctorum templa, & ſublatas Regni diuitias, mortuus ſit omnino pauper?

Annales Ang.

Reſp. è Verbo Dei: *Factum eſt vt moreretur mendicus.* Luc. 16. (Quia) *Non ſaluatur Rex per multam virtutem.* Pſal. 32. *Menſas Nummulariorum euertit.* Marc. 11.

Omnis conſummationis vidi finem.

Marc. 11 *Impoßibile enim est diuitem intrare in regnum cælorum*. Lucæ 18.

16. *Quære à Nouis Hominibus*: Quare Iacobus magnæ Britanniæ Rex, Caput Ecclesiæ Anglicanæ quartum; tamen in Scotia sua, neque Caput Ecclesiæ fuerit, neque Caput Regni, sed fuerit seruus Ministrorum, & subditus illis?

Basilycon Doron ad Henr. Principem.

Resp Scriptum est: *Cùm autem venissent Ministri, tunc abiit Magistratus.* Act 5.

Propterea diligit Puritanos.

17 *Quære* Cur idem Iacobus Rex M. B. sectatores suos Scotos, qui in cæruleis venerant, rutilare nunc in auro patiatur, & antiquas Nobilium Catholicorum domos arrodere, quasi vermes?

Ita omnes passim.

Resp. Scriptum est: *In exitu domus Iacob de populo barbaro* Psal. 113. *Pecora tibi sunt? attende illis.* Ecclef 7 *Noli timere vermis Iacob.* Isa. 41. Quia *oculus Iacob in terra frumenti & vini.* Deut 33.

Exordiũ vastitatis & latrocinij Scotici hodierno die per Angliam.

18. *Quære ab illis*: Quare, cùm Christus elegerit piscatores ad gubernacula Ecclesiæ, hodie videamus quosdam venatores sedere ad gubernacula Ecclesiæ Anglicanæ?

Vide, & tace.

Minister qui pro concione laudauerat canes, & de venatione doctissimè disputauerat, nuper ascendit.

Resp Scriptum est in Prophetis: *Ecce ego mittam piscatores, & piscabuntur eos, dicit Dominus: Et post hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos.* Ierem 16 Alioquin, *quæ communicatio homini sancto ad canem?* Eccles 13

Amice, ascende superius.

19. *Quære:* Vtrum in Scripturis prophetatũ sit de Angliæ statu præsenti, & aduentu Scotorum in eã?

Si mundus vos odit, scitote.

Descriptio vera Britaniæ cum priuilegio Regis.

Resp. Scriptum est: *Hæc dicit Dominus: Ecce ego inducam locustam in fines tuos, quæ operiet superficiem terræ, & corrodet omnia.* Exod. 10. *Et venit musca grauissima in domos Pharaonis & seruorum eius, & in omnem terram Ægypti, corruptaq́ est terra ab huiusmodi muscis.* Exod. 8. *Tuleruntq́ cinerem de camino.* Exod. 9. Scriptum est enim: *De plenitudine eius nos omnes accepimus.* Ioan. 1.

* *Scoti veniũt ex Ægypto & Scythia.* (ipsi dicunt.)

CAPVT SECVNDVM.

De Episcopis Ecclesiæ Nouæ.

Stabilitum est Parlamento Anglicano legitimas esse nuptias Episcoporum.

20. Q*Være a Nouis Hominibus:* Quomodo sit de iure diuino, Episcopos vxoratos esse, & dare operam generationibus filiorum?

Resp. Scriptum est: *Afferte Domino filios arietum.* Psal. 38. Quia *in principio fecit Deus cælum & terram, masculum & feminam fecit eos.* Genes. 1.

Pater meus semper generat.

21. *Quære subinde:* Quare prima cogitatio Episcoporum sit de eligenda vxore. quandoquidem Magni Pontifices, qualis erat Gregorius, Ambrosius, Augustinus, Athanasius, neque vxores habuerint, neque sorores circumduxerint?

Primò quod carnale, deinde quod spiritale.

Respondent: *Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni.* Matth. 22.

Væ sterili.

22. *Quære.* Cur Episcopi ipsorum præter sollicitudinem Ecclesiarum nõ paulò plus vigilent pro fide

Nõ sunt surdastri, sed tamen maleau-

fide vxorum, sed patiantur infortunia in hoc genere? diũt Præsules Anglicani, quoniam habent vasa non in honorem.

Resp. Scriptum est: *Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum.* Psal. 91.

23. *Quære*: Cur Cranmerus Episcopus Cantuariensis primus in illa Sede de Fide Noua, vxores Henrici 8. pro libidine Regis toties coniunxit ac separauit? *Annales Anglicani.*

Resp. Scriptum est: *Honor est homini qui separat.* Prouerb. 20. Nemo aperit, nisi qui claudit.

24. *Quære à Nouis Hominibus*: Quare ipsorum Episcopi sacras vestes Antistitum antiquorum curent in puluinaria scindi, ac sedeant super imagines Beatorum? Vide thalamos Episcoporũ in Anglia.

Resp. Scriptum est: *Tunc Princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemauit.* Marc 14.

15. *Quære*: Cur Cranmerus Episcopus suam feminam Ioannam in arca concluserit, in qua famuli ipsius putabant esse libros & scripta ipsius, ita cõmendauerat iis curam illius arcæ? *Viuunt hodie qui testantur.*

Resp. Scriptum est: *Melior est homo qui abscondit stultitiam suam, quàm homo qui abscondit sapientiam suam.* Ecclesi. 20. Ars tegit artem.

26. *Quære ab iisdem*: Quare illa Ioanna sit passa se claudi in arca, & sic exponi periculo infamiæ? Confide filia.

Resp. Scriptũ est: *O homo quis te discernit?* 1. Cor 4.

27. *Quære item*: Qua mala fortuna euersa sit arca, & illa Ioanna sit coacta clamare, & sic apparere? *Contigit hoc Grauescendæ in portu Thamesis.*

Resp. Scriptum est: *Tunc reuelabitur homo peccati.* 2. Thess. 2. *Numquid potest homo abscondere ignem?* Prou 6.

O cælum! ô terra!

28. *Quære:* Quare Episcopi Anglicani dicant Ecclesiam stare non posse, nisi & ipsi, & omnes Ministri ducant vxores, & circumducant sorores?

Ecclesiæ Anglicanæ breuis descriptio

Resp. Congregatio taurorũ in vaccis populorũ. Ps. 11.

CAPVT TERTIVM.

De Ministris Ecclesiæ Nouæ.

29 QVære à *Nouis Hominibus in Anglia*: Quare tam idiotas velint habere Ministros, ac simplices, qui nihil didicerunt vltra Grammaticã?

Subtilitas Ministrorum in Anglia.

Resp. Scriptum est: *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.* Matth. 6. Luc. 11.

Sic luceat lux vestra.

30. *Quære subinde:* Quare ex motu spiritus (vt dicebat) quidam minister Altissimi chlamydem alterius sit furatus, ne motus Dei esset inanis?

Pactum singulare, doctrina communis tamen.

Resp. Scriptũ est: *Alter alterius onera portate* Gal. 6. *Quid* autem *habes, quod non accepisti?* 1. Cor. 4.

Charitas in Deum.

31. *Quære:* Quare Ministri Verbi cum suis vxoribus non tam bene conueniant?

Probatur argumentis ad hominem.

Resp. Scriptum est: *Inimicitias ponam inter te & mulierem; ipsa conteret caput tuum.* Genes. 3.

32. *Quære ab illis:* Quare Ministri Verbi parochias suas omnes impleant generationibus suis?

Resp.

Resp. Scriptum est: *Virtus eius in lumbis eius*, *&* *fortitudo eius in vmbilico ventris eius*. Iob. 40. Quia *non intrabit Eunuchus attritus, vel amputatis testiculis, & abscisso veretro Ecclesiam Domini*. Deut. 23.

Potestas Ministrorum in Ecclesia.

33. *Quære à Puritanis*: Quare Ministri ipsorum, tam in concionibus sint obscuri, & libenter accipiunt textum in Apocalypsi; sic tamen vt commentarius sit obscurior textu?

Prædicantes lucem habitant inaccessibilem.

Resp. Scriptum est: *Tu Daniel claude sermones, & signa librum*. Dan. 12. *Neque intelligent omnes impij: porrò docti intelligent*. Dan. ibid.

Eructabo abscondita.

34. *Quære ab ijsdem*: Cur abiectis titulis atque nominibus veterum Sacerdotum, se *Ministros* vocari velint nostri Ministri?

Resp. Scriptum est: *Dico Iesum Christum Ministrum fuisse*. Rom. 15. *Et nomen eorum honorabile coram illo*. Psalm 71.

O Adonay.

35. *Quære*: Cur Ministri Verbi, qui habent zelum, Parochias suas obambulent plus de nocte, quàm de die?

Sudores nocturni.

Resp. Scriptum est: *Ego cognosco oues meas*, Ioannis 10. *Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas*. Isa 34.

Si venerit in prima vigilia aut in tertia.

36 *Quære à Puritanis*: Quare Ministri ipsorum suas vxores adornent instar pauonum?

Diaconissæ Ministrorum quales.

Resp. Scriptum est: *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora eius in pallore auri*. Psalm. 67.

37 *Quære à Ministris Londinensibus:* Quare tam sublimia concionentur, vt ab Auditorio suo deserantur aliquando?

Vulgare.

Resp. Scriptum est: *Audite audientes, & nolite intelligere.* Isa. 6. *Et audientes mirati sunt, & relicto eo, abierunt.* Matth. 22.

Ego dixi in dimidio.

38. *Quære.* Cur vniuersa Nobilitas Anglicana dedignetur seruire in Ministerio Domus Dei, & quare vilissimos homines & idiotas cogantur assumere?

Resp. Scriptum est: *Habuerunt nautas ad ministerium.* Ezech. 27 *Ministri autem sciebant, qui hauserant aquam.* Ioan. 2.

Ministri quã profundi, quàm docti!

39. *Quære à Ministris Ecclesiæ Anglicanæ:* Quare cõfrater ipsorum, quidam Minister Altissimi, cuius nomini parco (erat autem Oxoniensis:) quare, inquam, puellam habitu viri circumduxerit?

Scandalum infirmorum.

Resp. Scriptum est: *Vidi alterum similem filio hominis, vestitum.* Apoc. 1. *Et habitu inuentus est vt homo.* Philip. 2.

CAPVT QVARTVM.

De Doctrina Ecclesiæ Nouæ.

40. QVære à Nouis Hominibus: Quare doceant omnes homines, etiam sanctissimos, habere diuinam vocationem ad nuptias?

Rsep.

Resp. Scriptum est: *Vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias.* Ioan. 2. *Ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque inueneritis, vocate ad nuptias.* Matth. 22.

Ab hoc pendet lex noua & prophetæ.

41. *Quære* Cur dicant Ecclesiam Christi esse inuisibilem & incognitam?

Resp. Scriptum est: *Cùm autem intrauerit Paterfamilias & clauserit ostium, incipietis foris stare & pulsare ostium, dicentes: Domine aperi nobis, & respondens dicet vobis: Nescio vos vnde sitis.* Luc. 13.

Ecclesia noua inuisibilis, & quare.

42. *Quære*: Cur dicant solam fidem esse necessariam ad salutem?

Sola fides.

Resp. Scriptum est: *Noli timere, crede tantùm, & saluus eris.* Luc. 8.

Non serunt, neque nent.

43. *Quære*: Quare non curent restitutionem rei alienę, nec putent hoc necessarium ad salutem?

Resp. Scriptum est: *O Timothæe, depositum custodi.* 1. Tim. 6. *Nihil damnationis est iis qui sunt in Christo.* Rom. 8.

Nihil habentes, & omnia possidentes.

44. *Quære à Nouis Hominibus*: Quare nudipedes Franciscanos & Monachos ieiunantes ex suis regnis eiecerint, quasi facientes cõtra verbum Dei?

Resp. Scriptum est: *Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti* Ierem. 2.

O Domine, quando vidimus te nudũ & esurientẽ?

45. *Quære à Puritanis*: Quare causarum Actores, & Scribas, & Causidicos oderint?

Resp. Scriptum est: *Et vobis Legisperitis væ.* Lucæ 11. *Declinantes autem in obligationes adducet Dominus*

Ipsi obligati sunt, & ceciderunt.

minus cum operantibus iniquitatem. Psalm. 124.

46. *Quære ab iisdem:* Quare non liceat sæpiùs inter orandum eadem verba repetere?

Resp. Scriptum est: *Nolite confidere in verbis mendacij dicentes: Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini est.* Ierem. 7. *Væ vobis qui coniungitis domum ad domum.* Isa. 5. Quia *omnis dicens, Domine, Domine, non intrabit in regnum cælorum.* Matt. 6.

Praxis Puritanorum.

Ficus malas, malas valde.

47. *Quære subinde:* Quare dicāt feminas viris omnibus tam necessarias esse, quàm aquam & ignem?

Luther. ser. de matrimonio.

Resp. Scriptum est: *Erant animæ hominum sexus feminini.* Numer. 31. Itaque *omnis caro ad similem sibi coniungetur.* Eccl. 13.

Vnusquisque secundum genus suum.

48 *Quære:* Cur dicant, Paulum & Antonium Eremitas contra legem Dei fecisse, cùm ieiunarent?

Resp. Scriptū est: *Nō in solo pane viuit homo* Mat. 4.

49. *Quære à nouis hominibus:* Quare dicāt ac doceant licere sutoribus etiam de Verbo Dei concionari?

Oleum effusum.

Resp. Scriptū est: *Soluite asinum hunc, quia Dominus opus habet eo.* Mat. 21. Luc. 19. *Omne enim masculinum adaperiens vuluam sanctū vocabitur Domino.* Nu. 18.

Ego vox clamantis.

50. *Quære ab iisdem:* Quare cùm Christus dicat, *Hoc est Corpus meum,* ipsi dicant: *Hoc non est Corpus meum?*

Negatur Maior.

Resp. Scriptum est: *Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax.* Psalm 118.

51. *Quære:* Cur hodie doceant Ministri in Anglia & alibi, aquam sancti Baptismi non esse necessariam ad salutem hominum?

Resp. Scriptum est: *Terram autem dedit filiis hominum*. Psal 113. *Vsque ad montem Dei Oreb*. 3. Reg. 19.

Neque circumcisio, neque præputium.

52. *Quære à Puritanis*: Quare dicant omnia peccata esse paria?

Puritani descendunt à Stoicis.

Resp. Scriptum est: *Omnia disposuit Deus in pondere, numero, & mensura*. Sap. 11. *Non est enim dicere, hoc illo nequius est*.

Cicero in Paradox.

53 *Quære*: Cur præter Cælum & Infernum, non possit esse medius aliquis locus Purgatorij?

Resp. Scriptum est: *Vtinam esses calidus aut frigidus: sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo*. Apoc. 3.

Omnis repletio mala, panis autem pessima.

54. *Quære*: Quare dicant omnes posse interpretari Scripturam?

Resp. Scriptū est: *Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium*. Psal. 113.

Episcoporum filij & sutorū in eadem eleuatione Poli.

55. *Quære à Nouis Hominibus*: Quare consentire non possunt in sua fide, sed omnes sibi perpetuò contradicant?

Resp. Scriptum est: *Sit sermo vester, Est, Est, Non, Non*. Iac. 5. *Duo contra duo, & vnum contra vnum*. Eccles. 33. *Et factū est vespere & mane dies vnus*. Gen. 1

Non datur vacuum.

56. *Quære*: Quare Ecclesia ipsorum per annos mille quingentos fuerit inuisibilis, & vbi fuerit eo tempore?

Fox. in Act. & Monument.

Resp. Scriptum est: *Posuit tenebras in circuitu suo latibulum*. 2. Reg. 22. *Et si descendero in infernum, adest*. Psalm. 138.

Sicut onager in deserto.

minus cum operantibus iniquitatem. Psalm. 124.

46. *Quære ab iisdem:* Quare non liceat sæpius inter orandum eadem verba repetere?

Resp. Scriptum est: *Nolite confidere in verbis mendacij dicentes: Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini est.* Ierem. 7. *Væ vobis qui coniungitis domum ad domum.* Isa. 5. Quia *omnis dicens, Domine, Domine, non intrabit in regnum cælorum.* Matt 6.

Praxis Puritanorum.

Ficus malas, malas valde.

47. *Quære subinde:* Quare dicāt feminas viris omnibus tam necessarias esse, quàm aquam & ignem?

Luther. ser. de matrimonio.

Resp. Scriptum est: *Erant animæ hominum sexus feminini.* Numer. 31. Itaque *omnis caro ad similem sibi coniungetur.* Eccl. 13.

Vnusquisque secundum genus suum.

48 *Quære:* Cur dicant, Paulum & Antonium Eremitas contra legem Dei fecisse, cùm ieiunarent?

Resp. Scriptū est: *Nō in solo pane viuit homo.* Mat. 4.

Oleum effusum.

49. *Quære à nouis hominibus:* Quare dicāt ac doceant licere sutoribus etiam de Verbo Dei concionari?

Resp. Scriptū est: *Soluite asinum hunc, quia Dominus opus habet eo.* Mat. 21. Luc. 19. *Omne enim masculinum adaperiens vuluam sanctū vocabitur Domino.* Nu. 18.

Ego vox clamantis.

50. *Quære ab iisdem:* Quare cùm Christus dicat, *Hoc est Corpus meum,* ipsi dicant: *Hoc non est Corpus meum?*

Negatur Maior.

Resp. Scriptum est: *Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mendax.* Psalm 118.

51. *Quære:* Cur hodie doceant Ministri in Anglia & alibi, aquam sancti Baptismi non esse necessariam ad salutem hominum?

Resp.

Resp. Scriptum est: *Terram autem dedit filiis hominum.* Psal 113. *Vsque ad montem Dei Oreb.* 3. Reg. 19.

Neque circumcisio, neque præputium.

52. *Quære à Puritanis*: Quare dicant omnia peccata esse paria?

Puritani descendunt à Stoicis.

Resp. Scriptum est: *Omnia disposuit Deus in pondere, numero, & mensura.* Sap. 11. *Non est enim dicere, hoc illo nequius est.*

Cicero in Paradox.

53 *Quære*: Cur præter Cælum & Infernum, non possit esse medius aliquis locus Purgatorij?

Resp. Scriptum est: *Vtinam esses calidus aut frigidus: sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo.* Apoc. 3.

Omnis repletio mala, panis autem pessima.

54. *Quære*: Quare dicant omnes posse interpretari Scripturam?

Resp. Scriptū est: *Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium.* Psal. 113.

Episcoporum filij & sutorū in eadem eleuatione Poli.

55. *Quære à Nouis Hominibus*: Quare consentire non possunt in sua fide, sed omnes sibi perpetuò contradicant?

Resp. Scriptum est: *Sit sermo vester, Est, Est, Non, Non.* Iac. 5. *Duo contra duo, & vnum contra vnum.* Eccles. 33. *Et factū est vespere & mane dies vnus.* Gen. 1

Non datur vacuum.

56. *Quære*: Quare Ecclesia ipsorum per annos mille quingentos fuerit inuisibilis, & vbi fuerit eo tempore?

Fox. in Act. & Monument.

Resp. Scriptum est: *Posuit tenebras in circuitu suo latibulum.* 2. Reg. 22. *Et si descendero in infernum, adest.* Psalm. 138.

Sicut onager in deserto.

57. *Quære*: Cur ſanctiſſimos Ordines Monachorum noctu pſallentium oderint?

Non clamabunt iu gutture ſuo.

Reſp. Scriptum eſt: *Qui benedicit proximo ſuo voce grandi de nocte conſurgens, maledicenti ſimilis erit.* Prou. 27.

58. *Quære ab ipſis*: Cur dicant Deum eſſe hominum tentatorem?

Mors in olla.

Reſp. Scriptum eſt: *Dixit Dominus Domino meo*: Pſalm. 109. *Mitte te deorſum*. Luc 4. *Quia omnis qui ſe humiliat, exaltabitur*. Matth. 23.

59. *Quære*: Quare partim conſentiant cum Catholicis, partim verò diſſentiant: & quare habeant aliqua Fidei dogmata communia inter ſe; aliqua verò ſint ſeparatim, propria ſingulorum?

Concors diſcordia.

Reſp. Scriptum eſt: *Vidi alterum Angelum habentem pedem vnum in terra, alterum verò in mari, & clamantem*. Apoc. 10. *Dominus pars*. Pſal. 15. Quia *in Edom extendam calceamentum meum: Moab autem lebes ſpei meæ*. Pſal. 117.

Et loquebantur variis linguis.

60. *Quære à Nouis Hominibus*: Cur oderint confeſſionem auricularem?

Reſp. Scriptum eſt: *Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ*, Prou. 22. Nam, *qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam*. Prou. 13.

Confitemini Domino quo niam bonus.

61. *Quære ab illis*: Quare dicant omnia in ſola fide conſiſtere, quandoquidem Diuus Paulus dicat: *Maior autem horum eſt Charitas*?

Doctrina communis ſectariorum.

Reſp. Scriptum eſt: Q*ui maior eſt inter vos, ſit veſter*

vester minister. Matth. 20. *Erunt* enim *nouißimi primi, & primi nouißimi* Ibidem. Quia *si esuriero, non dicam tibi.* Psal. 49. Ibant ante facies suas.

62. *Quære.* Cur ieiunia Quadragesimæ dicant esse contra libertatem spiritus Christiani?

Resp. Scriptum est: *Permanere autem in carne necessarium est.* Philip. 1. Audi quid Spiritus dicat Ecclesiæ nouæ.

63. *Quære à Puritanis*: Quare nolint vlli sæculo consentire præterito, sed nec hodie possint decem in mundo, suæ sectæ, per omnia, sectatores afferre?

Resp. Scriptum est: *Vt non grauetur Ecclesia.* 1. Tim. 3. Prouidentia ne rumpatur rete.

64 *Quære*: Cur in Germania & Magna Britannia plures Ecclesiæ sint quàm domus? Et tot Ecclesiæ pene quot personæ, vel Lutheranæ, vel Protestantes? Fæcunditas Nouæ Ecclesiæ.

Resp. Scriptum est: *Et Ecclesia quæ in domo tua est.* Hebr. 12. Quia *erat omnis multitudo quasi vir vnus.* Nehem. 2. *Domus* autem *mea, domus orationis est.* Luc. 19. Hi in curribus, hi in equis.

65 *Quære*: Cur Magistri illorum & Prophetæ, simul ac inuaserant feminas, vniuersa ieiunia abrogarunt?

Resp. Scriptum est: *Numquid possunt filij nuptiarum, quamdiu sponsus cum illis est, ieiunare? Non possunt ieiunare*, Marc. 2. Qui vocatur ad nuptias, etiam vocatur ad cœnã.

CAPVT QVINTVM.

De Moribus Ecclesiæ Nouæ.

Lutherus & alij.

29. QVære à Nouis Hominibus: Quæ sit ratio, cur Apostatæ & fugitiui Fratres abiecta veste superiori monachali, in caligis & thorace diffugerint?

Comedetis festinanter.

Resp. Scriptum est: *Et præcepit eis Iesus ne induerentur duabus tunicis.* Marc. 16. *Sed præcinge caligas tuas, & veni.* Actor. 12.

Auri sacra fames.

67. *Quære:* Quare destruxerint monumenta omnia Sanctorum in Magna Britannia, Germania, & alibi?

Petra refugium herynaciis.

Resp. è Verbo Dei: *Væ vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum?* Luc. 11. Scriptum est enim: *Tempus spargendi lapides, & tempus colligendi.* Eccl. 3.

Pax vobis,

68. *Quære:* Quare consentiant carni suæ, nec dimicandum putent contra tentationes?

Vade post me Satana.

Resp. Scriptum est: *Ego autem dico vobis, non resistite malo.* Matth. 5 *sed esto consentiens aduersario tuo in via.* Ibidem. *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram.* Matth. 5.

Naturalis Philosophia Oxoniensiũ.

69. *Quære:* Cur sæpissimè ante esum Agni comedant caput vituli; hoc est, ante Cœnam Domini, siue Communionem, comedant caput vituli, & cerebrum lauto ientaculo?

Resp. Scriptum est: *Cùm comederis & saturatus fueris,*

fueris, caue diligenter ne obliuiſcaris Domini Dei tui. Deut. 6. *Cùm* enim *ieiunauerint, non exaudiam preces eorum.* Hierem. 14.

Hilarem datorem diligit Deus.

70: *Quære*: Cur poſt vaſtata templa Diuorum, & conuulſas feneſtras, nihil præter ſtramē earum loco reponant?

Ipſi parietes templorum mediùs fidiùs hæc teſtantur hodie in Anglia.

Reſp. Scriptum eſt: *Si enim quæ deſtruxi, iterum hæc readifico, præuaricatorē me conſtituo.* Gal. 2. *Neque enim remanebit quidquā vſque mane.* Leuit. 10. Nu. 9.

Non habemus hîc ciuitatem permanentem.

71. *Quære à Puritanis*: An liceat caſtitatem amplecti?

Reſp. Scriptum eſt: *Omnis caro fœnum.* Iſaiæ. 40. *Et erunt duo in carne vna.* Geneſ. 2. 1. Cor. 6. Epheſ. 5. Quia *Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungetur.* Eccl. 13.

Theologia Puritanorū.

72. *Quære à Nouis Hominibus*: Quare cantet eorum tota multitudo Pſalmos Geneuenſes in Eccleſiis ſuis ſine concordia, more Iudæorum in Synagogis?

Muſica ſine concordia.

Reſp. Scriptū eſt: *Alij autem clamabant: erat enim Eccleſia confuſa, & plures neſciebant qua ex cauſa conueniſſent.* Actor. 19.

Quoniam conuenimus ambo.

73. *Quære*: Cur Monaſteria & Cœnobia Monachorum in Anglia tempore Henr. 8. Edouardi 6. Elizabethæ, & vſque ad hodiernā diem, cùm ſint ſacra loca, deſtruxerint, vt in ſtabula equorum, Palatia, & Cambia tranſmutarent?

Palatium Regium D. Iacobi. Stabulū Reg. vulgò *Mewes*. Palatium Somerſetenſe. Cambiorum aula noua. R. S. Londini.

Reſp. Scriptum eſt: *Magiſter, Aſpice quales lapides, & qualis ſtructura!* Luc. 13. *Reſpondit autem*: Quia

placue-

Transferuntur montes in cor maris.

placuerunt seruis tuis lapides eius. Psal 101. *Petræ autem scissæ sunt.* Matth.27.

74. *Quære à Ministris nouis Scoticis*: Quomodo factum est, vt crescente Euangelio in Scotia, auri & argenti fodinæ tam copiosæ hodie in illo Regno inueniantur; cùm à tot sæculis antehac à prædecessoribus suis, etiam si diligentissimè conquisitę, reperiri tamen minimè potuerint?

Thesaurus absconditus.

Resp. è Verbo Dei, Scriptum est: *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum.* Luc. 2. *Aperuit Dominus* Rex *thesaurum suum.* Ierem. 50. *& repleta est terra argento & auro.* Isai. 2. *Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus.* 2. Cor. 4. *Aurum* quippe *terræ illius optimum est* Genes. 2. *Et non est finis thesaurorum eius.* Isa. 2.

Aurum potabile Scotis.

75. *Quære à Nouis Hominibus in Anglia*: Quare in Cœna Domini (vt vocant) si qua pars panis est durior, eam suo cani communicent?

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Resp. Scriptum est: *Si comedi buccellam meam solus, brachium meum cum suis ossibus confringatur.* Iob 31. *Nam & catelli comedunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* Matth. 15.

76. *Quære à Puritanis*: Quare omnis frater in Christo impleat voluntatem omnis sororis, & omnis soror in Christo impleat voluntatem omnis fratris?

Charitas mutua.

Resp. Scriptum est: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?* 2. Cor. 11.

Non sicut ego volo, sed sicut tu.

77. *Quære*

77. *Quære à Nouis Hominibus*: Quare certis in locis Galliæ, Caluinistæ panem suum in Cœna Domini conspergunt ouis & adipe? Gallia plaudit ouans.

Resp. Scriptum est: *Mulieres eorum conspergunt adipem, & faciunt placentas Reginæ cæli.* Ierem. 7. Pinguis est panis Christi.

78. *Quære ab illis*: Quæ sit ratio, Cur *Geneuæ* & *Londini*, in summo templo, & in summa fenestra, post deiectas imagines Angelorum & omnium Beatorum, solum diabolum stantem in fenestra vitrea reliquerunt? Vel crede, vel vide.

Resp. Scriptum est: *Cognouit Dominus qui sunt eius.* ad Timot. 2 *Quia si Satanas Satanam ejicit, quomodo stabit regnum eius?* Matth. 12. *Et deprecabatur eum multum, ne se expelleret extra.* Mar. 5. Facite vobis amicos de mamona.

79. *Quære*: Cur in Germania fides quinti Euangelij & libertas Christiana exordium sumpserit à mensis & poculis? Potantibus nobis seruisiā Wittemberganam, creuit Euangelium. *Verba Lutheri in colloquiis Mensal.*

Resp. Scriptum est: *Ficus & vinea dederunt virtutem.* Ioel 2. *Oportet enim hæc primum fieri, sed nondum statim finis.* Luc. 21. Ibunt de virtute in virtutem.

80. *Quære à Nouis Hominibus in Anglia*: Quare Ministri eorum non bene concionentur, nisi postquam bene comederunt & biberunt? Præparatio ad conciones.

Resp. Scriptum est: *Da mihi portionem substantiæ.* Luc. 15. *Quia ideo omnis Scriba doctus.* Luc. 13 *Habebit armum dextrum in portione.* Leu. 7. *& flumina de ventre eius fluent.* Ioan. 7. *Et eructabit abscondita.* Mat. 13. Dilectus meus impinguatus est.

81. *Quære ab illis*: Quare ad propagationem Euan-

gelij sui in Anglia, Scoti mendicent à Rege bona Catholicorum Nobilium: & quare non adhibent argumenta, sed solùm violenta extorsione bonorum conantur vincere Christianos?

Estne dies meridie?

Catechismus breuis Scotorum in Anglia.

Resp. Scriptum est: *Is qui catechizatur, communicet ei qui se catechizat in omnibus bonis*. Gal. 6.

82. *Quære*: Cur persequutores Catholicorum in Anglia Scoti, persequuntur solos diuites & Nobiles, cùm de pauperum religione nihil curent omnino?

Scoti multa millia intulerunt in Angliam & multa millia extulerunt, nec tamen emerũt quidquam.

Resp. Scriptum est: *Priùs cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei.* Luc. 14.

83. *Quære à Nouis Hominibus in Anglia*: Quare Edouardo sexto Regi puerili Capiti Ecclesiæ Anglicanæ persuaserint, vt ingentia Templa & Monumenta Sanctorum euerteret, & in mensas & pocula sumptus haberet?

Alioquin vnde *Somersetus*. & *Northumbrius*?

Resp. è verbo Dei: Scriptum est: *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Matth. 4.

Miracula Regum.

84. *Quære à Nouis Hominibus*: Quare collectione facta in Anglia pro fratribus Christi qui erant Geneuæ, tamen pecuniam ipsam retinere sint ausi?

Anno 1603.

Resp. Scriptum est: *At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti.* Matth. 28.

Vis retentiua placet Galeno.

85. *Quære ab illis*: Quare filios suos tam libenter vocent Iacob, Aminadab, Esdras, Zorobabel, Nabuchodonosor, Nehemias, Booz, Rebecca, &c.?

Genealogia Puritanorum.

Resp. Scriptum est; *Qui recipit Prophetam in nomine*

mine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Matth. 10. *Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in libro vitæ.* Luc. 10. Abrahæ semẽ sunt, & ego.

CAPVT SEXTVM.

De Scientia Ecclesiæ Nouæ.

86. Q*Være à Nouis Hominibus:* Quare tam vehementer amant ignorantiam omnium litterarum?

Resp. Scriptum est: *De ligno scientiæ ne comedas.* Gen. 2. Quia *littera occidit, spiritus viuificat.* 2. Cor. 3. Deus manifestè veniet.

87. *Quære à Ministris Altißimi:* (cùm tam liberè disputent de Ecclesia veteri & noua) Vter fuerit prior, secundum Annales Ecclesiæ, Constantinus an Nero? Non sunt domi.

Resp. Scriptum est: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta.* Luc. 4. *Stultas autem quæstiones & genealogias deuita.* Tit. 3. *Non enim iudicaui me scire aliquid nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixum.* 1 Cor. 2. Quia *multæ te litteræ ad insaniam conuertunt.* Act. 26. Historia testis temporũ.

88. *Quære à Nouis Hominibus, maximè Buridanis:* Quare non liceat Philosophiæ ac Theologiæ studere? Asini Buridani.

Resp. Scriptum est: *Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet.* Eccl. 27. *Quia vigilia honestatis tabefaciet carnes, & cogitatus præscientiæ auertit sensum.* Ibidem. 31. Puteus est profundus.

Prophetissæ Puritanorum.

89. *Quære à Puritanis*: Quare apud ipsos textrices & stultissimæ feminæ concionentur domi?

Lucerna sub modio.

Resp. Scriptum est: *Nox nocti indicat scientiam.* Psal. 18. *Nam bos & asinus cognouerunt Dominum.* Isai. 1. *Dixit autem Dominus: O mulier, magna est fides tua.* Matth. 15.

Domina Chisnall in Lancastria, & aliæ.

90. *Quære subinde:* Quare mulieres Puritanæ quę se Diaconissas existimant, cùm nec legere possint nec scribere, sed nec velint quidē characteres discere, tamen aliis concionari non dubitant?

Non ligabis os boui trituranti.

Resp. Scriptum est: *Si quis acceperit characterem in manu sua, bibet de vino iræ.* Apoc. 14. *Reliquit enim hydriam suam mulier.* Ioan. 4. *& ecce ascendit* Ioan. 2. *in medio iuuencularum tympanistarum.* Psal. 67. *Et nihil omnino sciens sedit in foribus domus suæ super sellam.* Prouer. 9. *Dicens: Scimus quia omnes scientiam habemus.* 1. Cor. 8. *quæ inuestigat omnia secreta ventris.* Prouer. 20.

CAPVT SEPTIMVM.

De Sanctis Patribus & Matribus Ecclesiæ Nouæ.

**Cantor Ecclesiæ VVindesoriensis.*

91. QVære à Nouis Hominibus: Quare Ioannes Foxius in Annalibus suis *Martyres fecerit viuentes, videntes, & audientes?

Vulpes habēt foueas suas.

Resp. Scriptum est: *Non mortui laudabunt te, Domine, neque omnes qui descendunt in infernum: Nos autem*

tem, qui viuimus, benedicimus tibi. Psalm. 113.

92. *Quære subinde*: Quare Lutherus ancillam dicat esse vocandam, si vxor nolit? *Lutherus in serm. de matrimonio.*

Resp. Scriptum est: *Filia Babylonis misera: beatus qui retribuit tibi.* Psalm. 136. *Amen dico: beatus qui habitat cum muliere sensata.* Eccl. 25. *Quia melior est vicinus iuxta, quàm frater procul.* Prou. 27. Lutherus Platonicus.

93. *Quære à Nouis Hominibus*: Quare ad progeniem excitandam Ministrorum, Martinus Lutherus *Katharinam de Boïr* Monialem ex Virginum claustro eripuerit? *Sleydan. in comment. l. 2.*

Resp. Scriptum est: *Erat enim Iosue filius Nun, Minister.* Deuter. 1. Num. 11.

94. *Quære ab illis*: Cur Minister quidam Verbi, *Bunneus* nomine, dum Angliam obambularet concionando, circumduxit filiam spiritualem in Domino ad seminandum Euangelium? Testis Lancastria tota.

Resp. Scriptum est: *Factum est autem euntibus nobis ad orationem puellam quamdam habentem spiritum obuiare nobis.* Actor. 16. Idem vehiculum & comes

95. *Quære*: Cur illorum Rabby-Moyses in Anglia Ioannes Foxius mente caruerit, cùm putaret se nunc gallum gallinaceum esse, nunc vrinale. G. I. Vir grauis huius rei oculatus testis.

Resp. Scriptum est: *Domine miserere filio meo, quia lunaticus est & malè patitur.* Matth. 17. *Et iterum gallus cantauit.* Luc. 22. Poeta vel Cantor.

96. *Quære à Nouis Hominibus*. Quare Martinus Lutherus, post ereptam è claustro *Katharinam* *Sleydan in comment.*

de Boïr, maledixerit vniuersis in mūdo virginibus?

Optimā partem elegit.

Resp. Scriptum est: *Amen dico vobis, quia gaudet super eam magis, quàm super nonaginta nouem quæ non errauerunt.* Matth. 18.

Belsack in vita Caluini.

97. *Quære*: Quare Ioannes Caluinus peculiare sibi vinum circumferri præceperit, quod vocabatur, *Le vin de Monsieur?*

In vino veritas.

Resp. Scriptum est: *Vinum lætificat cor hominis.* Psalm. 103. *Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc.* Matth. 2.

Luth. tom. 2. & 5. VVitemb.

98. *Quære à Nouis Hominibus*: Quare Martinus Lutherus feminas & ancillas iusserit esse communis generis?

Porrò vnum est necessarium.

Resp. Scriptum est: *Mulierem fortem quis inueniet?* Prouerb. 31. *Facta est* autem *quasi nauis institoris.* Ibid. v. 14. *Syndonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.* Ibidem v. 24.

Lutherus à cella, & cella ad Sellam.

99. *Quære*: Cur Lutheri Colloquia mensalia vinum redoleant?

Resp. Scriptum est: *In doctrina replebuntur cellaria.* Prou. 24 *Eructantia ex hoc in illud.* Psal. 143. *Veruntamen ex eo bibent omnes.* Psalm. 74.

Melanct. epist. ad Io. Camerarium. Prophetia ex Verbo Dei, de coniunctione M. Lutheri & Kath. de Boir.

100. *Quære*: Cur *Katharina de Boïr* Mater Ecclesiæ Nouæ habitum castitatis reiecerit tam repētè?

Resp. Scriptū est: *Vt LVTER desuper poßit imponi* 3: Reg. 7. Dicit enim Sapiens: *Si dormierint duo, fouebuntur mutuò, vnus quomodo calefiet?* Eccl. 4. *Quia cornibus vestris ventilabitis.* Ezech. 34:

CAPVT

CAPVT OCTAVVM.

DEFINITIO PVRITANI.

QVid est igitur Puritanus?

RESP. Puritanus est ille, qui Scripturæ sententiam parabolis, parabolas metaphoris, metaphoras allegoriis, allegorias apocalypsi, apocalypsin ænigmate, ænigma spiritu, spiritum carne metitur. Quia scriptum est: *Hoc nunc os de ossibus* Genes. 2.
meis: Manducate & bibite, gustate & videte, spiritus Luca 24.
enim carnem & ossa non habet. Plures enim de tribu nostrâ Iudæi, quàm Hebræi, *quia littera occidit, spiritus verò promptus est in filiabus Sion.* 2. Cor. 3.

EPISTOLA EXHORTATORIA

MARTINI LVTHERI

AD

Katharinam de Boir Monialem,

SIVE

Præparatio ad Nuptias:

PAX TECVM.

SPIRITVS vbi vult flat: spiritus qui facit prunas ardere, & accendit candelabrum in vertice Ioan. 3. Iob 41.
montium,

montium, ſit cum ſpiritu tuo & meo. vt tu ſis
quod ego, & ego quod tu, in eo qui facit vtraque
Pſalm.143. *Epheſ.5.* vnum, eructantia ex hoc in illud. Fuimus aliquan-
do tenebræ, nunc autem ſumus & lux in Domi-
no. aliquando non populus, nunc autem popu-
Cant.1. lus; &, ſi vis, ſemen populorum: propterea ado-
leſcentulæ diligent te, ô Soror mea: Et quia ſic
1.Cor.10. placet Deo Iacob, ſponſa mea. Participare te vo-
lo ex mea gratia, quoniam Pater omnem An-
gelum tuum ſemper videt ante faciem ſuam.
locus autem meæ magnitudinis eſt in te: & tu
Cant.4. non vocaberis ſterilis, quia ſeptem vaccæ tenues,
Geneſ.41. ſeptem anni ſterilitatis ſunt. Sed oportet nos
in vnum conuenire propter ſacramentum fidei,
quæ fæcunda eſt in omnes generationes filiorum
Sion. Quomodo eris Sponſa Chriſti; aut quo-
1.Ioan.4. modo potes Deum diligere, quem non vides, ſi
non diligas me, quem vides? Sume à me gratiam,
& eme tibi cytharam, vt abundemus in omni
Iſa.23. ſenſu. conſtitue in thalamo tuo ſemen luminis
Epheſ.3. mei, vt impleatis à ſpiritu meo: vt homo tuus
interior, ſit etiam meus, in quo poſſit clamare
Rom.8. *Galat.4.* poſt nos in ſpiritu, dicens: Abba Pater.

RESPONSIO CATHARINAE AD MARTINVM LVTHERVM.

DOLEO, *me tamdiu sterilem in domo Domini fuisse, sed & qui circa horam vndecimam missi sunt in vineam, acceperunt mercedem suam. Sæpe quidem Angelus in piscinam descendebat & mouebat aquas, sed hominem non habebam, antequam tu es missus, vt liberares me à timore nocturno: quia in otio vinea mea non dedit fructum. Et nunc scio, quia propter instantiam tuam quotidianam ea passura sum à te, ô Propheta Dei, quæ nulla vmquam virgo passa est, neque Romana, neque Græca. Sed qui misit te, scit, quid spiritus dicat Ecclesiis: quoniam opportebit me crescere & maiorem fieri per labores tuos. & clamabo quasi parturiens propter zelum Verbi, & semen iustorum, quos prædestinauit Deus ante secula in vtero meo, & spiritu virtutis tuæ. De reliquo, quodcumque onus impones mihi, feram. ero quasi iumentum apud te, & ero semper tecum: quia si lucerna sit sub modio, caro non prodest quicquam.*

Psalm. 112. Matth. 20. Ioan. 5. Psalm. 90. Zachar. 8. 2. Cor. 11. Apoc. 2. Ioan. 3. Apoc. 12. Exod. 20. Marc. 4. Ioan. 6.

CAPVT NONVM.

EPISTOLA CONSOLATORIA

ESDRAE

MINISTRI REGIS,

Ad Fideles Puritanos, qui ſunt in tranſmigratione vbique de Fide in Fidem.

ESDRAS Miniſter, non ab hominibus, neque per homines, veritatem dicens in Chriſto; neque Romanus, neque Græcus, ſed vas in Miniſterium per ſtultitiam Crucis: ESDRAS per miſericordiam Dei, potens in generatione filiorum & filiarum.

O*Mnibus Fratribus & Sororibus Chriſti, qui ſunt* Geneuæ, *qui ſunt* Baſileæ, *qui ſunt* Londini, *qui ſunt* Edenburgi, *qui ſunt* Amſterdami: *Omnibus fratribus & ſororibus qui ſunt in* Britannia *magna & parua: Omnibus fratribus & ſororibus qui ſunt in corpore, an extra corpus, neſcio, Deus ſcit: Omnibus fratribus & ſororibus diſperſis in fide, qui ſunt vocati ad Nuptias, & ad Cœnas magnas: Lætari in Domino, & numquã pœnitere: quia Scriptum eſt:* Delectabar per ſingulos dies, ludens omni tempore, ludens in orbe terrarum. Prou. 8.

Esther 8. GAVDIVM, *honor & tripudium omnibus vobis:*

Creſcite

Crescite & multiplicamini, ædificantes templa non manufacta, facientes vasa commoditatis ad Ministerium. Sorores diligite sicut vxores vestras, habentes omnia in communi, quia vnus est Pater vester, qui propter humilitatem suam voluit incedere super pectus & ventrem suum ab initio. Facite filios & filias in honorem, sicut Patres vestri acceperunt à Domino, sicut & tradiderunt vobis. Ne fortè maledicat vobis Christus, sicut maledixit arbori non ferenti fructum. Vos autem non sic: sed operamini die ac nocte pro filiis Abraham. Scientes quoniam potens est Deus ex lapidibus vestris suscitare filios Abrahæ; gaudentes de occupationibus mutuis, quia generatio præterit, & generatio aduenit. Si quis autem angariauerit te, ô Soror Christi, mille passus, vade cum eo & alia duo. Dixit enim Paulus noster: Quis scãdalizatur, & ego non vror? *Sed estote prudentes in generationibus vestris, ne fortè videant filij tenebrarum opera vestra bona, & multitudinem negotiationis vestræ, & veniant Romani, & incipiant illudere vobis: quia circumducitis vasa vestra quæ possidetis in charitate, nescientes quàm sit iucundum habitare fratres & sorores in vnum in tabernaculis pastorum. Hoc enim sentite in vobis quod & mater omnium viuentium Eua iurauit:* Per Deum, *inquit*, possedi hominem.

1. Cor, 6. Rom. 4. Genes. 3. 1. Cor. 11. Matth. 21. Matth. 3. Eccles. 1. Matth. 5. Rom. 14. Luc. 16. Matth. 5. Ezech. 28. Ioan. 11. Luc. 14. Psalm. 132. Ierem. 25. Philip. 2. Genes, 4.

Hæc enim lex est via charitatis, vt omnis frater suscitet semen fratri suo: & si vis perfectus esse in lege, semen tuum possideat portas inimicorum tuorum. Et quamuis propterea claudicent multi, tamen recordare, ô frater in Deuter. 25.

Apoc.7. *Christo; quoniam quadraginta quattuor millia eorum qui signati sunt, recumbunt in sinu Abraham, quod non* Ioan.2. *est datum nisi habentibus characterem. Charissimi, non mandatum nouum scribo vobis, sed vt testimonium perhibeam operibus vestris; quia bene scitis, quæ sint* Iudith.9. *abia charitatis. Quòd si quis frater sororem in exhortatione* Rom.15. *monuerit de resurrectione carnis, & voluntate Spiritus,* Psal.20. *& voluntate labiorum, scitote, quoniam charitas omnia* 1. Cor,13. Rom.12. *sustinet. Non defendentes vosmetipsos, nec defraudantes alterutrum. maximè verò, ô sorores, si sint Ministri Ver-* Hebr.13. *bi, & Præpositi vestri, subiacete illis, & humiliate Senio-* Eccl.4. Rom.13. *ribus animas vestras propter conscientiam, & spem Ec-* Eccl.32. *clesiæ. ipsi enim vigilant pro vobis, & iter faciunt noctu pro vobis. Recordantes igitur, quia qui seruiunt altari,* 1.Cor.9. Eccl.24. *decimas habent omnium, sicut Aaron, implemini à generationibus ipsorum propter dilectionem quam habetis in* Gen.2. *Sanctos, sicut Rebecca diligebat Iacob. Fuit enim vitula* Hos.10. *Ephraim, ô fratres, (vt ait Scriptura) docta diligere, &* Thren.2. *propterea exaltata sunt cornua eius præ participibus* Heb.1. *Israel.*

Qui autem potentes sunt inter vos, Ministri sint fra- Matth.25. *trum suorum ad seminandum vbique. Quid enim perdidisti ô homo Paterfamilias, si metis quæ non seminasti? Dixit enim frater noster Isaias, de Ministris nostris vere* Isa.51. *prophetans:* Iustitia mea in generatione & genera- Thes.4. tione. *Consolamini in verbo isto, in quo & spiritus meus benedicet spiritui vestro in testimonium omni carni. Quòd si mulier nolit cooperari & laborare pro filiis Leuitarum,*

uitarum, de tali dico in Domino: Non manducet panem 1.Cor.9.
filiorum, quia non curat ſemen filiorum. Quòd ſi quæ 2.Theſſ.5.
mulier recuſet Miniſtris Altiſsimi, & contriſtauerit ſpi- 2.Cor.6.
ritum illorum, ſic vt charitas refrigeſcat, fiat oratio pro Matth.14.
illa in Eccleſia, vt detur illi, ſicut Paulo noſtro, angelus Act.12. Cor.12.
ſatanæ, & ſtimulus carnis, vt conuertatur & vniatur
ſeruis Dei in vocatione qua vocata eſt ſeruire Miniſte-
rio die ac nocte. Hoc eſt mandatum maximum, quod eſt Ioan.3.
datum nobis: in quo & noti ſumus omnibus Gentibus, Act.9.
quia omnis frater exultat in cognitione Sororis ſuæ, ſicut
primus homo cognouit ſuam: & dicat omnis populus: Gen.4.
Fi. Fi. Paralip.16

Eſdras Miniſter fraternitatis vſque in Oreb propter Gog & Magog in Domino, qui eſt Alpha & Omega.

Appendix ad priora Quæſita.

Q*Vare à Nouis Hominibus*: Quare in Anglia poſt occiſos & extinctos Henrici octaui & Elizabethæ temporibus, antiquiſsimos Nobiles, iam creſcente Euangelio quinto, ita multiplicentur benedictiones à Domino, vt timorati canes propter ſuas bonas voces & reſonantiam in ſiluis Anglicanis, magnamq́; velocitatem, fiant Equites ſacri Ordinis, & in curribus faciant iter more Nobilium?

Plantag. Bar. de Mõtague. Huſſ.Darc. Dux Norfol. Com.de Exceſt. Northũbr. Eſſex. Regin.Scot. & alij plurimi.

Reſpondent è verbo Dei: *Ego vox clamantis in deſerto.* Ioan. 1. Quia *melior eſt canis viuus leone mortuo.* Eccl 9. *Quem cùm vidiſſet Rex currentem.* 4. Reg. 5. *Dedit illi* † *nomen.* Philip. 2. *Et fecit eum aſcendere in currum ſuum.* Geneſ. 41. Nam & *ego ſum ſeruus tuus canis.* 4. Reg. 8. Scriptum eſt enim: *Sic currite vt comprehendatis.* 1. Cor. 9. Nam VELOX, † *apud cunctos famâ percrebuit,* Ruth 1. Itaque *Rex in æternum viue.* Dan. 3.

Foris canes & venefici.
† *Syr Iohn Iowler.*
† *Syr Iohn Swifte.*

CAPVT

CAPVT DECIMVM.

Epilogus, siue Conclusio Libri.

DIcet quispiam. Hæc omnia non affirmant omnes: certè non singuli. Concedo. Est enim sanè difficile *Protheos* illos capere, numquam aut similes suis, aut diu sibi: ita se omnes mutant in formas, nulla re, nisi varietate, constantes. Sed, quod initio sum præfatus, hac mente suscepi negotium & rem totam, non semper vt eadem responderem quæ illi, sed eodem modo semper. Quod ita sum assequutus, vt timeam, ne aliquando Puritanus fuisse videar. Id quod ego non puto. Sed tamen audiui illos & legi. Qui verò illos in concionibus audiuerunt, hæc nostra cùm legent, ipsos-ipsos in exedris declamantes & confirmantes sua videbuntur audire. Sed erunt verecundiores in posterum, cùm hæc publicè decantata conuicio luculento, etiam inter suos, animaduertẽt. Erit sanè difficile ab istis hominibus impetrare silentium. Dicent tamen ea conditione deinceps, vt si vagari pro more sine cerebro velint, iis necesse sit & frequenter & turpiter nostra in retia, in has plagas incurrere. Neque verò nostras in partes simile aliquid retorqueri potest, teli instar ancipitis. non nos verba Scripturæ nuda, sed Patrum commentariis illustrata proferimus. Nos verbi diuini animam, spiritum, vitam, sanctæ Romanæ Ecclesiæ voce metimur. Sed Apologia pro Puritanis nostra, noua Apologia non indigebit. Erunt duo maximè quæ patrocinium libri mei suscipient. communis risus gentium: & Ministrorum dolor ac pudor.

POST-SCRIPTVM AVTHORIS

Ad Buridanos & As.

BEne de vobis (ô Puritani communis generis, & epicœni sexus) Doctor Ecclesiæ prophetauit in Commentario ad Paulinum suo, Hieronymus. Quem vos ideo non amatis, quia tympanistrias & sorores vestras atramento suo conspersit, antequam nascerentur. Sed non est mirandum in veritate, si bonus ille Eremita, vestram nimiam charitatem, quam habetis ad inuicem, non probauit. Nam probare vestra vasa non potest, qui probare non

vult,& experientiam habere magistram. Duas Prophetias illius boni Senis de vestra iuuentute, in hac nostra ætate describere volui, post Apologiam quam feci pro vobis: vt qui ex vobis possunt Latinè legere (quod tamen est Romanum, & valde periculosum hoc tempore, si quis Balliuus aut Inquisitor in Anglia esset præsens.) Volo, inquam, vt qui Latinè possunt aliquid, sororibus suis dicant, *Onus Tyri*, seu Prophetiam Hieronymi, vt sciant quanto in errore ieiunus Eremita fuerit. Nam libenter audiunt Matres Ecclesiæ vestræ, Patres Antiquos errasse. Sed vt mihi videtur, senex ille non erat cæcus quando illam Epistolam scripsit. nam reuera tetigit quos volebat, etiamsi ab eo tam longè distaret.

SILENTIVM.

S. Hieronymi Prophetia de statu Ecclesiæ Anglicanæ Nouæ; de Synagoga Germaniæ Noua; de Gallica Noua.

*QVod Medicorum est, promittunt Medici: tractant fabrilia fabri: sola Scriptura ars est, quam sibi passim omnes vendicant. Hanc garrula * Anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi præsumunt, lacerant, docent, antequam discant. Alij adducto supercilio grandia verba trutinantes, inter mulierculas de sacris litteris philosophantur. Alij discunt (proh dolor) à feminis, quod viros doceant. Et ne parum hoc sit, quadam facilitate verborum, immo audacia, edisserunt aliis quod ipsi non intelligunt, &c.* Et paulò pòst: *Nec scire dignantur, quid Prophetæ, quid Apostoli senserint: sed ad sensum suum incongrua * aptant testimonia, quasi grande sit, & non vitiosissimum dicendi genus, deprauare sententias, & ad voluntatem suam Scripturam trahere repugnantem. &c.* O quàm ad viuum!

Hieron. epist. ad Paulinum, circa mediũ.

* *Prurit-anus*

* *Sicut Apologia demõstrat.*

Ita

Ita Hieronymus pulcherrime demonstrauit, quid essent facturi Puritani. Ego verò non solùm ostendi hac Apologiâ quid faciant; sed profectò ostendi clarissimè, & quid faciant, & quare faciant, & quomodo faciant.

Hier. epist. contra Vigilantiū.

S. Hieron. Prophetia altera de Ministris Ecclesiæ Nouæ præsentis in Anglia, Germania, & Gallia.

Hieronymus de Ministris & masculinis, & femininis.

Quòd si Dormitantius in mea rursus maledicta vigilauerit, & eodem ore blasphemo quo Apostolos & Martyres lacerat, de me quoque putauerit detrahēdum: nequaquā illi breui lucubratiuncula, sed tota nocte vigilabo, & sociis illius, immo discipulis & magistris, qui nisi TVMENTES VTEROS *viderint feminarum, maritos earum* CHRISTI MINISTERIO *arbitrantur indignos.*

Sic aduersus Vigilantium Hæreticum Magnus Hieronymus. Et quia vulgarē Puritanorum defensionē simul & obiectionem paulo antè perstringit, hanc tertiam adiungo & finio.

Ibid. contra Vigilant.

Theologia Puritanorum in Anglia.

Si enim omnes virgines fuerint (puta Puritanos loqui, quòd ipsemet illos audiui, cùm dicerent:) *Si enim omnes virgines fuerint, nuptiæ non erunt, interibit humanum genus, infantes in cunis non vagient, obstetrices absque mercedibus mendicabunt, & grauissimo frigore solus atque cōtractus Dormitantius vigilabit in lectulo.*

Omnia & singula in hoc libro contenta S. R. Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ Censuræ subiacento.

FINIS.

ERRATA. Pag. 2. lin. 21. *Martyribus*, cor. *Matribus*. p. 5. l. 2. *omnium*, adde *Ordinum*. p. 10. l. 18. *Leuiatham*, cor. *Leuiathan*. Ibid. l. 21. *Iactabo*, cor. *Lactabo*. In margine. p. 8. l. 13. *caput*, cor. *capite*. p. 10. l. 21. *Ecclesia*, cor. *Ecclesia*.

Siue Apologia pro Libro SER. PR. Iacobi Regis Magnæ Britanniæ nuperrimè edito, & inscripto, *Præfatio Monitoria ad omnes Monarchas & Principes Christianos*, &c.

CVM Liber hic esset absolutus, peruenit ad manus meas Liber Ser. Iacobi Regis Magnæ Britanniæ Latinè recentissimè diuulgatus: Ad Monarchas & Principes Christianos, &c. *in quo Romanum Pontificem, Cæsarem, Reges Catholicum & Christianissimum, & omnes Principes Christianos, Nomenq; ipsum Catholicum, partim insectari, partim reformare quasi Magister mundi videtur. Et cùm viderem in eo multa SS. Scripturæ loca more Puritanico intrusa per caput & humeros, vt aiunt, (maximè verò delectari videatur ille Mag. Rex Apocalypsi) statim putaui bonum fore, si Librum illum sicut Puritanorum opiniones, Apologia defendere. Simul arripui in manus Reuelationẽ S. Ioannis: & (sanè mirabile dictu) prima sententia quæ occurrit, erat illa:* Oportet te iterum prophetare Gentibus & populis, & linguis, & Regibus multis. *Apoc. 10.* *Paulóq; post, in sequentia dum conjicerem oculos, ille locus apparuit:* Et datus est mihi calamus similis virgæ. *Apoc. 11.* *Hæ sententiæ & ipse Liber argumentum mihi dederunt eiusmodi.*

1 *QVære à Nouis Hominibus:* Quare Iacobus Rex M. B. scribens ad omnes Principes Christianos, eum locum sacræ Scripturæ tam sapienter alleget in prima fronte: *Et nunc Reges intelligite,* Omnes in nube fuerũt.

ligite &c. quasi ante Iacobum Regem, aut nulli fuissent Reges, aut nulli sapientes?

Respondent è verbo Dei: *Domine, si in tempore hoc restitues* * *regnũ?* Actor. 1. *Tu autem Domine Rex sapiens es.* 2. Reg. 14. *Tibi datum est nosse mysteria regni.* Luc. 8. *Qui solus es bonus Rex.* Macab. 1. *Prædicans Euangelium Regni.* Marc. 1.

* *Virginea.*

Ego primus &nouissimus.

2. *Quære à Nouis Hominibus*: Quare Iacobus Rex M. B. totam Europam perturbare conetur, & Turcam inducere, excitando Reges Christianos contra Romanum Pontificem?

Et non potuit aries.

Respondẽt è Verbo Dei: *Placuit nobis scribere Regibus & Regionibus.* 1. Macab. 15. *Vt præparetur via Regibus ab ortu solis.* Actor. 16.

Et fractum est cornu vnum.

3. *Quære subinde.* Quare sapiens Rex M. Britan. in suo * Libro Nouissimo *Ad Monarchas &c.* dicat adeò confidenter; *Nam, neque me Pontifice vlla ex parte inferiorem esse credo*; quandoquidem Constantinus Magnus (hoc est maior Iacobo Rege) tanti fecerit Romanos Pontifices?

* *Pag.* 4. *Vide Zozom. lib.* 1. *cap.* 16.

Resp. è verbo Dei. *Homo Dei, Rex præcepit vt descendas.* 4. Reg. 1. (Et) *Præcepit Rex Helchiæ Pontifici.* 4. Reg. 22.

Papæ!

4. *Quære à Nouis hominibus*. Quare idem Rex Iacobus insinuet *Rhadamantum* apud inferos esse Iudicẽ Elizabethæ Reginæ, & irascatur cuidam Scriptori, quòd dum Reginam accusat, officium *Rhadamanti* eripiat *Rhadamanto.* Nisi enim esset offi-

Pag. 14.

officium *Rhadamanti* iudicare Reginá in inferno; quomodo ille qui iudicat Reginā eripit *Rhadamãto* munus iudicandi? Quare (inquā) bonus Rex ita Reginam adiudicat inferis ex bona voluntate sua?

Incidit in foueam quam fecit.

Resp. è Verbo Dei. *Non misit Deus filium suum vt iudicet.* Ioan. 3. *Neq; enim Pater iudicat quẽquam.* Ioan. 5. Scriptum est enim. *Tu quis es, qui iudicas alienum seruum?* Rom. 14. *Domino suo stat aut cadit.* Ibid. Quia *dum iudicamur à Deo, corripimur.* Cor. 11. Cùm *Regina Austri surget in iudicio.* Luc. 11. *Tunc cœpit iudicium aduersus Menelaum.* 2. Mach. 4.

Terra tremuit & quieuit.

5. *Quære à Nouis hominibus qui adorant Regem suum.* Quare Iacobus Rex M. B. in suo Libro Nouissimo *Ad Monarchas Christianos* &c. glorietur se baptizatum in fonte quem Elizabetha Regina misit in Scotiam: quandoquidem fons baptismalis Elizabethæ Reginæ non solùm malè audiat, sed etiam malè oleat, sicut fons olim *Constantini Copronymi?*

Pag. 36.

Annales Anglicani.

Respondent è Verbo Dei: *Paruus fons qui creuit.* Hest. 10. *Erat fons Iacob.* Ioan. 4 Scriptum est enim: *Illic fontes amari obdulcati sunt.* Iudith 5. Quia *Mandragoræ dederunt odorem suum.* Cant. 7. *Et odor eius non est immutatus* Ierem. 48.

Iordanis conuersus est retrorsum.

6. *Quære item:* Quare Iacobus Rex M. B. videatur optare suæ vitæ Commentarios scribi more Iulij Cæsaris: cùm Iulius Cęsar plures Vrbes euerterit, quàm ille lepores venando ceperit?

Pag. 49.

Vide Plutarch. & alios.

Respon-

Respondent è Verbo Dei: *Glorificabit me bestiā agri.* Isa. 43. *Lepus quoque, nam & ipse ruminat.* Leuit. 11. Gloriatur enim Paulus, dicens: *Ad bestias pugnaui.* 1.Cor.15. Scriptū est enim: *Posuit timorem illius super omnem carnem, & dominatus est bestiarum.* Eccl. 17. Quia *leuiores pardis equi eius.* Habacuc. 1.

Sic in paruo sicut in magno.

7. *Quære à Nouis hominibus*: Quare idem Rex ferre non possit Matthæum Tortum sibi respondentem? Et quare remittit aduersarios ad suos libros antehac scriptos?

Pag.15.16.17. & passim alibi.

Resp. *Quis es tu qui inquietas Regem?* 1. Reg. 24. *Nonne hæc scripta sunt in libris Regum?* Paralip. 24.

Ego Ecclesiastes.

8. *Quære item*: Quare Iacobus Rex M.B. irasci videatur in suo libro pulcherrimè impresso, quòd Matthæus Tortus eum dicat Apostatam?

Et cecidit sors super Matthiam.

Resp. è Verbo Dei: Scriptum est, *Tu eum in tantum condemnas, qui dicit Regi Apostata, &c. Qui non accipit personas Principum, nec cognouit Tyrannum cū disceptaret.* Iob 34.

Ett radidit illum tortoribus.

9. *Quære denique*, Cur dum Rex Iacobus venatur & ludit, alij boni Scribæ & Ministri student & scribunt pro eo; sic, vt dicat mundus Libros esse Regis, quoniam emit illos à suis?

Omnis Scriba doctus in regno.

Resp. è Verbo Dei: *Quidam de Scribis dixerunt intra se.* Marc. 9. *Dico ego opera mea Regi.* Psalm. 44. *iuxta pretium ab eo constitutum.* Leuit. 27. *Rex verò laudabitur.* Psalm 62. Scriptum est enim: *Vox quidem vox Iacob est, sed manus manus Esau.* Gen. 27.

Nonne ex denario conuenisti mecum?

FINIS.

A PVRITANS GRACE.

Recommended to the Children of Paules.

Before meate.

LORD of the all-framing spirit, in faith and through hope, euersvveetning tast of all thy hand-vvorke, calling euery thing by his name, blesse these three creatures, *beefe*, *lambe*, & *capon* to the passouer in *Gelboe*. Thou art a iealous Lord of *Israël*, and therfore vve beseech thee, let this reacant vapour of our rosted refection ascend in thy sight like vnto frankyncense, that vve may consume this bread for loaues of *Proposition*, as did thy annoynted Prophet vvith his souldiers, because vve hungar nothing but thy iustice. VVe knovv by this, that vve are thy beloued flocke, because thou hast reuealed vs the vvay to good pasture. VVe must needs grant that thou vvalkest vpon the clouds, because vve see the fatnesse of *Ephraim*, and the multitude of *Iacob*, nor forgotting either *Leui*, or **Many-asses*. Our Conuersation is (ô Lord) from the first light vvith thy tvvelue Tribes of *Israël*; expecting that our faith may increase vntill mid-day, that our hartes may belch out good vvords, and manifest our vvorkes vnto the King. VVe remember hovv *Noe* builded the vvorld againe by planting of

Gratia haec est omnibus vobis 1. Pet. 5.



* *Manasses* corrige.

vines: and although vve are come late into thy vineyard; ô Lord, yet vve hope to receyue our penny-vvorth. Thou hast giuē to our Elders illuminated faces, and the lookes of thy Prophets are precious in the sight of the vvorld. Lord make vs constant in thy cuppe, and giue vs strength to beare avvay thy creatures, because vve haue a long iourney to the Montayne, vvhere *Abraham* found the Mutton vvith hornes. The God of Iacob, in vvhose predestination all things are vvrytten, graunt, that vve may refuse nothing vvhich thou hast prepared in thy foresight, to the end vve may cry out vvith thy beloued, *It is consummated*, & thy Prophet see nothing, but dry bones of *Israël*. And thou ô great *Iehoua*, vvhose fingar is like the stroke of an Vnicorne, novv transforme thy svveet solace of thy vnderstāding to the dore of pennance in *Gog* and *Magog* vpon *Edom*, that thy foes may licke the feet of scorpions, and vve thy Congregation inhabit *Oreb* vvith *Syon*, in the Mount *Iordan*, in neuer-ending dissipation of thy oyntments. AMEN.

Grace after meate.

Maiorē herum nō habeo gratiam. 3. Ioan.

ALl-maker and allvvayes-making Lord of *Israël*, the same allvvayes thursday and friday, in vvhome there is no change, grant vnderstanding

ding to the † vvicked of our tyme, vvhose blinded consciences are not able to suffer the svveet solace of thy † creatures. VVe knovv that mutton is holocaust to thyne eyes, because vve read thou louedst *Dauid* a keeper of sheep, and tookest the ramme in sacrifice for *Isaac*. Thyne enemyes (ô Lord) and ours like vnto the Locust and Bruch gnavv the fruit of trees, but vve see their destruction, hauing before our eyes the losse of paradise for spoiling only one tree, eating one silly apple, †*and yet their hart is as fatt as brawne.* Our eyes haue relatiõ to thy hand, like vnto the milkmaids vpon the fat kyne of the Arabian mountaynes. Vnite the daughters of *Ierusalem* to the childrẽ of *Moab* in the riuers of *Mesopotamia*: and vvith that hand vvhich prepares the vvild beasts to foaling teare the Popish † Albes, because vve are forced to morne in vvhite, a thing against nature and parallellous to grace. That our seed may be multiplied like vnto *Phison*, turning our faith vpon *Gehon* in the day of vindemiation: Because *Euphrates* yeelhis Iacobs-staffe for iustice, & *Ierico* sendeth roses for *Engaddi*. VVe are thy promised of *Mageddo*, passing from *Doathim* vvith our Prophets: and our *Phase* is in *Ierusalem*. VVe knovv thou louest the gates of *Sion* more then all the Tabernacles of *Iacob*. Therfore vve expect thy reforming fingar, as the *Palestines* their Messias, vvith faith, & vvithout

† Catholicks.

† To eat flesh on fridayes & in Lent.

† *Cor eorum coagulatum est sicut lac.*

† Surplisses.

charity, vvhich is the Popes fierbrand. Lord make our *Prepuce* constant, and alvvayes vpright, that vvater may not extinguish our inflamed desyres. Increase, vve beseech thee, the seed of those that cry vpō *Adonai*, that our generation may proceed in purity of a liuely faith, because no flesh can be iustified in thy sight. Euer-liuing, euer-louing, neuer-leauing, neuer-lacking, annoynted of Prophets, grant vs victory (ô Lord) grant vve beseech thee, *witt to the King, and iustice to the Kings sonne.* And let vs all cry, So-be-it in Christ, singing the Ballad of Ballads in the vale of *Armenia*, vvhere the ship stood. Amen.

Iudicium tuū Regi da, & iustitiam tuam filio Regis. Psalm. 71.

FINIS.